



# **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Manvale Exorcismorvm**

**Eynatten, Maximilien de  
Antverpiae, 1626**

Instrvctio IV. A quibus Exorcista in adiuratione debeat abstinere: ubi etiam agitur de interrogationibus faciendis vel non faciendis.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-40734**

cumentum, iuxta Lyran. in 1. Reg. 16. Huiusmodi tamen remediis naturalibus nullo modo se intromiscebit Exorcista, sed illa committet peritis Medicis. sed bonum erit, ut antequam applicentur vel sumantur, prius benedicantur ab Exorcista vel alio Sacerdote, iuxta illud Adriani Papæ I. Elementa quoq; tam ea quæ prædiximus, quæ cetera diuinis apta vſibus, & humanis necessaria infirmitatibus sacrate, infirmos curate, & cetera quæ ad vos pertinent diligenter perficite.

## INSTRVCTIO IV.

*A quibus Exorcista in adiuratione debeat abstinere: ubi etiam agitur de interrogationibus faciendis vel non faciendis.*

**I**N applicatione Reliquiarum & aliarum rerum sacrarum, maximè Venerabilis Sacramenti, obſeffis aut infestatis à dæmone, Exorcista adhibebit debitam reuerentiam & circumspectionem, ne aliqua irreuerentia committatur. Cauebit etiam tam ipſe Exorcista quæ afflictus, ne admisceant ſuperſtitiones, vel ſuperſtitioſe illis abutantur, vel ne maiorem rebus ſacratis tribuant efficaciam quæ mater Ecclesia ſimilibus tribuendam docet: vel ne aliquid faciant

B                  vnde

18 M A N V A L I S E X O R C I S M O R V M  
vnde diabolus possit sumere occasionem  
introducendi in animos circumstantium  
errorem circa venerationem Sanctorum,  
Reliquiarum , & aliarum rerum sacrarum,  
vel imminutionem reuerentie & honoris  
debiti. Non nisi certis & ab Ordinario ap-  
probatis vtetur Reliquiis.

Ipsum Venerabile Sacramentum Eucha-  
ristiæ rariùs actu applicabit obseßsis, & non  
nisi exigente necessitate vel euidenti vtilita-  
te ; & tunc non nisi cum maxima reueren-  
tia & deuotione, adhibitis luminaribus &  
sonitu campanulæ, & aliis circa tantum Sa-  
cramentum exhiberi solitis.

Tutius erit solùm exponere dictum Sa-  
cramentum in altari, & coram inferiùs an-  
te altare obseffos exorcizare.

Abstinebit Exorcista à curiosis , leuibus,  
& superfluis actionibus & interrogatori-  
bus, solumque ea aget & interrogabit, quæ  
putabit necessaria vel multùm expedientia  
ad iuuandum afflictum, vel ad repellendum  
nocumentum à se vel à circumstantibus,  
vel quæ prudenter iudicabit cessura in aug-  
mentum gloriæ Dei , & proximorum salu-  
tem. Poterit itaque inquirere ex parte Dei,  
vtrum sint multi dæmones, vel pauci : vel  
quot sint in corpore obseffo: ob quam cau-  
sam fuerint ingressi , vt contrarium reme-  
dium

dium applicetur: si sint ibidem ex aliquo pacto vel maleficio: si aliquod signum maleficij vel pacti sit datum, vel alibi positum: & similia, quæ prudens Exorcista vel ex discrectione sua, vel aliorum peritorum consilio, iudicabit expedire. Postquam aliquam interrogationem instituerit, non facile defistet, etiamsi dæmon recuset respondere, sed prosequetur legitimis exorcismis extorquere (si Deo placuerit) obedientiam, ne reddatur proteruior contra ministrū Christi spiritus malignus. Nec putabit Exorcista in vocis contentionе aut passionum vel affetuum suorum excitatione vim exorcismi consistere, quibus aliqui frustrè se fatigant, cùm in excitatione fidei, spei, charitatis & deuotionis in Deū præcipue sit elaborandū.

Si quando Exorcista vtetur vel applicabit afflito aliqua verba sacra, vel ipsam Scripturam sacram, vel Euangeliorum librum, obseruabit ea quæ habētur infrā Instruc. 6. & habebit dumtaxat respectum ad ipsa verba sacra & eorum intellectum, & effectum exspectabit à Deo auctore & dictatore eorum. Similiter in inuocatione Sanctorum, adhibebit illos & inuocabit tamquam intercessores & patronos nostros, cum fiducia, quod Deus per intercessionem ipsorum ipsum exaudiet & concedet postulata.